



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Iacobvs Apostolvs. 25. Iulii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

404      Vitæ Sanctorum.      25.IVL.  
gelicis modulis, iterumq; è vitâ abiens  
non unam jam animam cœlo intulit,  
*Ex Suerzo.*

S. I A C O B V S A P O S T O L V S.  
25.Iulii.

**L**Audes IACOBI scripturo pen-  
nam ultrò IACOBI volucres in-  
gerunt. Audi juventus, & patronum  
tuum mecum lauda. Ibant conjuges  
pii Compostellam, & trahebant pietatis  
suæ comitem filium formâ liberali  
juvenem. O ut periculosè Castitas  
peregrinaris! Hospitis filia oculis capta  
adolescentis, capere etiam ipsum nit-  
itur. Evadit hic muliebris amoris la-  
queos, sed non odii. Subdola enim in-  
ter sarcinulas castissimi aureum crate-  
rem condit & abeuntem de furto ac-  
cusat. Damnatur, ducitur, & in crucem  
tollitur. Sed non moritur Innocentia.  
Dum enim moesti parentes iter rele-  
gunt, dum ægrè & pedes trahunt &  
animas, senectutis scipione filio amis-  
so, dum frui illos vel pendentis aspe-  
cta juvat, ecce ab infelici arbore fi-  
lius: quid lacrimis vivo parentas ma-  
ter? vivo DEI MATRE & IACOBO  
succollantibus: i, Iudici dic, ne dam-  
nare perget, quem mors absolvit. Vix  
hæc ille ad matrem, cùm mater hoc ad  
Iudicē mensa accumbentem. Hic, tam  
scilicet filius tuus vivit, quam assūs hic  
cum

25.IVL. *Vita Sanctorum.* 405  
cum gallinâ suâ gallus , qui laetus  
unctusque sepulchrum stomachum ex-  
pectat. Iam carpere parabat , cum gal-  
lus & gallina in vitam se erigunt, In-  
nocentiae victrixi alis applaudunt , gal-  
lus etiam Pæana canit. Ergo damnat  
se ipsum Iudeus, & Innocentem missum  
facit, volucrum verò proles posthuma  
etiam hodie plumas suas cum laudi-  
bus IACOBI in omnem Orbem spar-  
gunt, nunquam omnes, licet tot quo-  
tidie vellicent, evelendas. Ex L.Mari-  
nao l.s. de reb.Hijp.c.ult.

S.CHRISTOPHORVS M.

25.Iulii.

CHRISTOPHORVS sive cor-  
poris sive animi spectes robur, sem-  
per magnus, nomen hoc suum repor-  
tasè tunc creditur, cùm CHRISTVM  
sub pueri vultu per aquas transporta-  
vit, non magni laboris maximum nau-  
lum. Certè CHRISTVM per Lyciam  
circutulit, cùm, ut auctor S.Ambrosius  
est, hominum millia IV.suprà XL. ferre  
CHRISTI jugum docuit. Virgam ma-  
nui familiarē cùm ad concionē dictu-  
rus aliquando humi defixisset, confe-  
stum frondere vidit, & miraculo etiam-  
nū pictores favent. Sed & ad tribuna-  
lia tulit CHRISTVM. Captus enim &  
in vincula conjectus, Decio imperan-  
te, immissas ad se geminas & per-  
frictas